

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin Paulus Fickius

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Decimatertia, Quod Natura Hominis Corrupta Est**

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75664710X>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.
Lubinus, Eilh.
Disp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De veritate religionis christiana	I
②	Dav. Reoxilius, De ver. rel. the.	<u>II</u> 1601
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. the.	<u>III</u> 1601
④	Joh. Bucerius, De ver. rel. the.	<u>IV</u> 1601
⑤	Abr. Dantrot, De ver. rel. the.	<u>V</u> 1601
⑥	Th. Fritius, De ver. rel. the.	<u>VI</u> 1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. the.	<u>VII</u> 1601
⑧	Boc. Regius, De ver. rel. the.	<u>VIII</u> 1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. the.	<u>IX</u> 1601
⑩	Joh. Wataham, De ver. rel. the.	<u>X</u> 1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. the.	<u>XI</u> 1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. the.	<u>XII</u> 1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. the.	<u>XIII</u> 1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. the.	<u>XIV</u> 1602
15	Dav. Reoxilius, De ver. rel. the.	<u>XV</u> 1602
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. the.	<u>XVI</u> 1602
17	Th. Fritius, De ver. rel. the.	<u>XVII</u> 1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. the.	<u>XVIII</u> 1602
19	Joh. Fritius, De ver. rel. the.	<u>XIX</u> 1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. the.	<u>XX</u> 1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. the.	<u>XXI</u> 1602
22	Joh. Wataham, De ver. rel. the.	<u>XXII</u> 1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. the.	<u>XXIII</u> 1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. the.	<u>XXIV</u> 1602

Disputationum
DE VERITATE
RELIGIONIS

CHRISTIANÆ,

*EXP. MORNÆI, DE
 EADEM LIBRO,*

Decimatertia,

QVOD NATVRA HO-
 MINIS CORRVPTA EST.

Quam

DEO DVCE ET AVSPICE
 P R A E S I D E
EILHARDO LVBINO,

In alma Rosarum Academia defen-
dere conabitur

PAVLVS FICKIVS
 Hamburgensis.

Hora & loco consueto.

ROSTOCHII
 Exprimebat Christophorus Reusnerus,
 ANNO M. D. C II.

21

Diferentia
ETATI V DE
RIGORIS
CHRISTIAN
MODERATIONE
Dicitur
GOD IS WITH US
MINISTERIA
DEO DAE ET ALITER
VITAE
ELIHABED FAVINUS
PATRIAS TICQUA
HOMINUM
GOSPEL
CENSUS

ΣΤΝ ΘΕΩ.

DISPVUTATIO DECIMATERTIA,

QVOD NATVRA HOMINIS CORRUPTA EST.

I.

DE hominis excellentiâ & immortaliitate jam demonstratum, de cuius corruptione & lapsu, proximum est, ut dicamus, qui quod eo periculosior, & putridior sit, quod animi nobilitas & excellentia ante lapsum fuit maior, ex consideratione hominis cum Deo, cum mundo, cum proximo, & cum seipso abunde innotescit.

2. Principio Deus, quæcunq; in mundo creaturæ singula habent, in unum hominem omnia contulit essentiam, vitam, sensem, & rationem, & universum mundum propter unum hominem condidit, qui unus omnia mundana cognoscere, ijsq; frui poterat, & homini mundum & seipsum dedit: quæ beneficia homo non agnoscit, neq; se propter illa Deo obligari intelligit, tantum abest, ut obligationi satisfacere conetur.

3. Quotusquisq; etiam patrem suum Deum agnoscit, eiusq; gloriam vindicat & tuetur? quotus quisq; hominem Dei imaginem esse recordatur, & veneratur, & cognitionem illam animorum, quos ab uno patre Deo habemus? & quam tamen perpetrato homicidio conscientiâ inculcat.

4. Contra enim homo patris Dei, patriæ cœli oblitus terram spectat, inque terrenis felicitatem querit, de terrenis contendit, exheres & exsul, à patre profugus de cuis bonitate & paternâ benivolentiâ in malis dubitat & diffidit, validissimo arguento quod gravi scelere patris sui iram provocaverit.

5. Ad mundum quod spectat, supra illum altissimè locatus fuit. At jam se vilissimis elementis auro, argento, gemmis substernit, plantæ vitam vivit, voluptates brutales, sectatur, & quas etiam bruta respuant; & cuius tamen erectus vultus & post lapsum reliquæ ad maiora natum manifeste indicant.

6. Præterea in omnibus mundanis reliquis, vita anima & appetitus voluptates naturales ritè sequitur, & corpori imperat. In homine contra appetitus voluntati, corpus animæ, sensus rationi imperat, unde patet, quod homo cum infra omnia mundana, tum infra sēmetipsum subsederit.

7. Cumq; mundus hominis causâ sit conditus, data fuit homini necessaria creaturarum cognitio, & plena in illas potestas. Iam verò bruta homine plurima rectius cognoscunt, in remedij morborum hominem sàpe erudiant, homini repugnant, etiam illa quæ vilissima videntur; insigni arguento, ut cum homo obsequium creatori denegârit, vicissim hominis imperium jure detinent.

8. Si jam ad proximum referatur, nihil homini magis, quam homo contrarium. Nempe quod in quibusdam brutorum speciebus prodigium est, homo hominem non interimit solum sed & devorat; ne quid dicatur de insidijs, dolis fraudibus, etiam in societate mutua, quibus unus alium circumscribit, nihil fere boni agens nisi ob lucrum, nihil mali omittens, nisi propter pœnam. Cui rationis quicquid reliquum est, eð refertur, ut vel eð gravius ipse decipiatur, vel alios decipiatur.

9. Nec homo ipse sibi ipsi æquior est. Qui cum tot morbis & doloribus corporis vexetur, omniumq; animalium longè infelissimus sit, solus inter omnia animalia doloris impatientia manus sibi inferat, unâq; corporis parte plus mali patiatur, quam brutum toto corpore; palam est, quod peccando plus etiam mali perpetravit, quam reliqua omnia, ultra quæ magno intervallo positus erat, perpetrare potuerint.

10. Animi porro ægritudines & dolores, affectus longè adhuc aciores, quibus dum mederi Philosophi præceptis moralibus frustra conentur, salem gravissimum lapsus animi testimoniū dicunt, quem præceptis suis non tam tollunt & emendant, quam occultant, utiq; cum ratio affectibus, forma materiæ quasi pareat.

11. Vnde fit ut quæ alias naturalia sunt, & in brutis non malia, libido, ira, nudum incidere, &c. in hominibus prava & vitiosa sint, licet etiam legitima esse videantur. Vnde etiam fit, ut conscientia

Scientia post iram & libidinem homines puniat. Et unde sit ut si quis in iræ vel libidinis actu etiam legitimo à viro honesto deprehendatur, rubore sanguinis suffundatur, tanquam vitium virtutis vultum sustinere nequeat. Vnde patet legitima etiam à corruptione vicia esse.

12. Porro corruptio naturæ hominis nullâ re evidentiâ probatur, quâm hoc seculo, quo tetrica vicia in naturam consuetudine abierunt, quo natura licet tot legibus & armis munita, à voluptate profligatur, quo concordia, caritas, & ~~sagittæ~~ in brutis ferentium restat, quo per rationis dictamen, institutionem, doctrinam, leges, judicia, pœnas, morsus conscientiae homines à scelere non avocantur.

13. Iam mente, quâ homo brutis erat prælatus, & infra brutâ præcipitatus est: nempe vel bruto vel Dæmoni non absimilis, dum vel ratione se præditum ignorat, vel eâdem in suam & aliorum perniciem abutitur. Vel si uti nitatur in rerum etiam viliissimarum superficie hæret, nedum ut ad creatorem suum penetrare possit; cum tamen, quia mundi homo, hominitis Deus scopus, & mundi & Dei cognitionem initio adeptus sit.

14. Ipsa etiam virtus quid in homine nisi, ut Hermes dicebat, minor mali particula? cum viros bonos illos dicamus, qui nihil mali agunt, licet boni nihil unquam egerint.

15. Iam verba hominum cum sint vel vana & otiosa, vel blasphema & mendacia, quæ amicitiae & concordiae non conciliandæ sed dirimendæ inserviunt; liquet quæ sint cogitationes internæ cordis, quas si intueri daretur pleriq; qui boni censentur, vel bestiæ vel cacodæmones deprehenderentur.

16. Et quod validissimum corruptionis argumentum in hac tanta corruptione corruptus homo nō sentit, utpote nugas agens, & impietatem & scelerâ consecans, de animi salute nihil sollicitus. Quod ipsum quisq; in se animadvertis, qui tantum unius diei cogitationes cordis sui adnotarit.

17. Deniq; in homine virtus vitio infecta est, imaginatio à sensibus; ratio à phantasia decepta, in quo non minus prodigiouse omnia inversa sunt, quam si sublatis pedibus capiti inambularet.

18. Homo ergo corruptus est, & quia creatus est à Deo, à quo nihil mali, talis creatus non fuit. Neq; enim faber in ferro, aut vinitor in vino rubiginem & acorem facit. Ut autem si quis semper acetum bibisset, nunquam dulce vinum fuisse putaret, neq; de dulci neq; de austero sapore dijudicare posset: Sic homo in malis conceptus & natus neq; de integritate, neq; de corruptione recte judicat, talemq; hominem creatum esse forte existimet.

19. Cum autem integra, anima creata sit, & jam corrupta, & neq; à re corporeā, neq; à tempore, neq; à corpore, cuius erat domina, corrumpi potuerit; jamq; à prædictis miserè vexetur; pœnæ loco à creatore hoc illi inflagitur, quod se à Deo perfectio-ne suâ ad seipsum averterit.

20. Et hoc peccatum ex pœnâ patet. Cum enim infra vilissima, imo infra seipsum præcipitatus sit homo, utpote in quo ordo naturæ mirè & miserè inversus, rebellantemq; naturam sibi sentiat, patet quod supra Deum se attollere voluerit, & ab immundo spiritu persuasus Deo rebellârit, aveoq; extra Deum felicitatem quærendo in seipso infelicitatem meram iuvenerit.

21. Et hæc corruptio omnibus mundi sæculis observata in malitiâ & miseriâ hominum, in omnibus mundi partibus, & quia mundus cœpit: necessario cum primo homine cœpit, à quo culpa & pœna in posteros omnes derivata.

22. Et qui posteri corruptionem illam semper ultro fassí, Tum omnes, per bellum, culpæ & pœnæ malorum epitomem; per sacrificia quibus iram Dei deprecabantur, per peccati conscientiam, per leges, peccatorum testes, per judicia & pœnas: Tum sapientes per præcepta, quibus mores ab extremis ad media, ab errore in viam reducere conati sunt, & fassí ultro vel animam à corpore plurimum pati, vel corpus ab animâ.

23. Princeps Plato corpus animæ carcerem, imo sepulcrum esse docuit, animam fratris alis in terrestribus repere, nec liberari posse nisi ad Deum rursus erigat. Idem sensit Empedocles, Pythagoras, Philolaus Diabolum autem seductorem Homerus per Aten, Euripides per Dæmonas cælo lapsos, Pherecydes per Serpentigenam notavit. Idem docuit priscus ille Hetmes, & hoc anti-

antiquior Zoroastres , & uterque D E V M à causâ mali removet.

24. Hierocles disertè hominem per superbiam lapsum esse docet, nec erigi posse , nisi Dei imagini restituatur. Plutarchus miratur naturæ leges & virtutes in brutis integras esse, in homine corruptas, quamvis corruptionis caussam, et si sedulo quærens, non invenerit.

25. Idem loquuntur Platonici, Iamblichus, Plotinus, qui animam alas amisisse, temeritate & audaciâ suâ Dei & patriæ cœli oblitum esse, & materialibus immersam cum præceptore suo docet: In eo deceptus quod corruptionem caussam in homine qualis jam est, & non in illo , quem Deus fecerat, quæsiverit, & corporis contagio animam tantum peccare ratus fit.

26. Accuratiūs Porphyrius, animam purgatione indigere contendit, ob lapsum, dum creaturas dilexit, creatorem per infidelitatem aversata est, cui intenta stabilis & firmâ manere potuerit. Proclus lapsum & descensum animæ admirationem sui vocat. Simplicius, integrum animam manere potuisse asserit Deo firmiter adhærendo: à quo divertendo à radice suâ resecta fuerit. Nec restitui posse nisi Deo denuo jungatur.

27. In hoc omnes gentes consensisse, per preces, sacrificia, lavacra, piacula, omnium temporum & populorum demonstrant. Quorum nonnulli per Ethicam, alij per Mathematica , alij per Theologiam, alij, ut Africani & Persæ per alia, animi per purgationem moliebantur. Quā licet vani fuerint, morbum saltem fatentur; In quorum numero etiam Indi occidentales, ut ex historijs illorum patet.

28. Quod objicitur, Deum homini liberum arbitrium male didisse, per quem lapsus fit, improbum est; Cum omne creatum licet usu optimum, abusu malum reddi possit, & sic ne homo quidem vel ulla res bona, & finitè bona condi debuisset; cum malitia omnibus possit abuti. Data autem sunt homini omnia bona, Datum etiam, quo bonum suum retinere potuisset, ut nullibi jure Deus incusetur.

29. Immutabilis creari in se non potuit, non debuit, licet immutabilitatem à Deo immutabili, capere potuerit, unde vanitatem

nitatem suam justius accuset, quam benignitatem optimi creato-
ris incusat, qui malum neq; dat, neq; habet.

30. Nec Deus modum poenæ transgressus, dum peccatum
primorum parentum tam graviter punit. Quid enim gravius
quam ob rem nihili optimum deserere rebellione, infidelitate, su-
perbiâ? Qui dum optima dedit benignus fuit, dum optimis abu-
tentem optima deserentem punxit, justissimus est.


31. Patet ergo hominis naturam ab optimo creatore bonam
esse conditam, per peccatum & superbiam esse corruptam, & à
gratuita Dei gratia in justissimam iram decidisse. Cuius justitia
veneranda, misericordia imploranda; Cui æternum laus, gloria,
& gratia, Amen.

AXIOMATA.

1. *Vnus homo universo mundo præstantior.*
2. *Inter omnia mundana solus homo gradum suum deseruit.*
3. *Quo quid nobilior, eò peccans magis puniendum.*
4. *Homo quia corruptus de integritate judicare nequit.*
5. *Primum peccatum fuit superbia.*
6. *Deus omnium est perfectio.*







ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ
ex fio) prius inter se insulsi & insaní convenient, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso-
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo-
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-